

CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA

7

VGOLINI VRBEVETANIS

DECLARATIO  
MVSICAE DISCIPLINAE

EDIDIT

ALBERTVS SEAY

I



ROME  
AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY  
1959

AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY  
ARMEN CARAPETYAN, Ph. D.  
DIRECTOR

# CORPUS SCRIPTORUM DE MUSICA

7

UGOLINO OF ORVIETO  
DECLARATIO MUSICAЕ DISCIPLINAE

I

CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA

7

VGOLINI VRBEVETANIS

DECLARATIO  
MVSICAE DISCIPLINAE

EDIDIT

ALBERTVS SEAY

I



ROME  
AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY  
1959

*Copyright 1959 by Armen Carapetyan*

## PREFACE

Having already presented a great deal of material on Ugolino of Orvieto in articles in *Musica Disciplina* (Vol IV, 1955, pp. 111-166, and Vol. XI, 1957, pp. 126-133), I have felt it somewhat useless to retrace the same ground in an introduction to what is primarily a critical text edition of his great work, the *Declaratio Musicae Disciplinae*. The interested reader will find that much of what has been summarized here is fully explained there, with much additional material, including transcriptions and discussion of Ugolino's extant compositions. I have restricted myself in this work to the basic material necessary for an understanding of the source material of the edition and no more.

While much of this material was prepared originally as part of the Ph. D. program at Yale University, it has been completely reworked and rechecked since that time. The basic preparation of the text would have been almost impossible without the kind assistance and encouragement of Mr. Leo Schrade and Mr. Edmund T. Silk of that institution. Further help has also been provided by Mr. William Waite, Dr. Renzo Bonvicini and Sig. Nino Pirotta.

A special word of thanks is due to my uncomplaining wife, Mrs. Janine D. Seay, who has been all too kind in helping me with the difficult tasks of collation, typing and proofreading. Without her backing and encouragement, the present edition would have been impossible.

Colorado College.

ALBERT SEAY

## INTRODUCTION

### I. THE MANUSCRIPTS

- B Bressanone, Museum Diocesanum Brixinense, Cod. D 21, 1489.  
Folio, 287 x 205 mm., X plus 190 ff., paper.  
Literature: Haberl, F. X. "Bio-bibliographische Notizen über Ugolino von Orvieto", in *KMJ*, X (1895), p. 48.
- fol. Iv - IVv *Indices*  
fol. 1r - 185v [Liber I] In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Declaratio musice discipline Ugolini Urbevetani Archipresbiteri Ferrarensis. Liber primus incipit. Potentiarum anime... *Expl... in medio vestei sum qui ministrat. (cum notis)*  
fol. 186r - 186v De clavi, quid sit & quot. Clavis est reseratio notarum in cantu...  
*Expl... Et haec de musica plana sufficient ibi dicta. (Cf. Marchetus of Padua, *Lucidarium Musicae Planae*, GS, III, pp. 120-121.)* Bonitati aeternae a qua hec et cuncta Bona procedunt. Sit laus et gloria sempiterna. Amen. Nicola Andree de Urbino scripsit  
M.CCCC L XXXVIII. Die XXIII Octobris.
- fol. 188r - 190v *Vacant.*
- L London, British Museum, add. 33519, 1477.  
Quarto, 110 ff., paper.  
Literature: Caretta, Alessandro, Cremascoli, Luigi, and Salamina, Luigi. *Franchino Gaffurio*. Lodi, 1951, pp. 117-118.  
*Catalogue of Additions to the British Museum in the Years MDCCCLXXXVIII-MDCCCXCIII*. London, 1894, pp. 39-40.  
Hughes-Hughes, Augustus. *Catalogue of Manuscript Music in the British Museum*, Vol. III. London, 1909, p. 306.  
Motta, Emilio. "I libri della Chiesa dell' Incoronata di Lodi nel 1518", in *Il Libro e la Stampa*, Vol. I (N.S.), fasc. 4-5, pp. 105-112.

The number of folios given above is that set by the British Museum, a figure that does not take into account seven blank folios and one that has been lost. The true total, at present, is thus 117. All foliation given here and in the text proper is that of the British Museum.

There are two binding errors within the codex. The text should be read in the order: ff. 1/54, 84/85, 55/83, 86/101, 106/109, 102/105, 110.

This manuscript is of particular interest since it was, at one time, the property of Franchino Gaffurio, the celebrated theorist of Milan.

- fol. 1r *Signum B. M.*  
fol. 1v - 3v *Indices [In manu Gafurii?]*  
fol. 4r *Vacat*

## DECLARATIO MUSICAЕ DISCIPLINAE

### LIBER PRIMUS

#### [PROEMIUM]

<sup>1</sup> Potentiarum animae nobilissima esse noscitur intellectiva potentia, nam anima intellectiva ceteris inferioribus creaturis magis ad Dei similitudinem accedens, eo quod universalem et perfectam bonitatem consequi potest, scilicet, beatitudinem, multis et diversis operationibus indiget et virtutibus, ideo pluribus dicitur esse decorata potentia. <sup>2</sup> Sed earum excellentissima dicitur esse intellectiva potentia, cuius operatio excellentia aliarum virtutem atque virium operationem transcendent. <sup>3</sup> Voluntas quippe suum sequitur bonum universale ac perfectum obiectum, si ipsius praeognitione praefulgeat. <sup>4</sup> Ratione si regitur anima, Deum intellectus operatione comprehendit et fruitur voluntate. <sup>5</sup> Haec est qua cunctorum species ac genera distinguuntur. <sup>6</sup> Haec est qua simplicia componuntur et composta dividuntur. <sup>7</sup> Haec est ad quam sensibilium per sensus percepte species potentia intelligibile materialium praesentantur, et in actum intelligentiae reducuntur. <sup>8</sup> Ipsa rerum naturas creatarum omnium diffinimus atque cognoscimus, cum qua separatis similes efficimur creaturis, sine qua beluis comparamus.

#### *Notae criticae quoad titulum in codicibus:*

Declaratio musice Ugolini Urbevetanis, et cetera: In nomine sancte et trinitatis, Amen L

Jesus. In nomine sancte et individue trinitatis, Amen. Declaratio musice discipline Ugolini Urbevetani, Archipresbiteri ferrariensis. Liber primus incipit. O Jesus om R<sub>4</sub> (incipit) de plana musica add R<sub>4</sub>

Musica Magistri Ugolino de Orvieto R<sub>1</sub>

Tractatus seu declaratio musice discipline incipit feliciter [musice add supra lin] R<sub>2</sub>

<sup>1</sup> L 5 O 1 R<sub>1</sub> (2) R<sub>2</sub> 1 R<sub>4</sub> 1 Dei om O accedes R<sub>1</sub> et pro eo R<sub>1</sub> (diversis) indiget operibus indiget O

<sup>2</sup> aliarum om R<sub>1</sub> virtutum O R<sub>1</sub> trascendit R<sub>1</sub>

<sup>3</sup> Volumptas L sequitur om O universalem R<sub>1</sub>

<sup>4</sup> igitur pro regitur R<sub>1</sub> comprehendit L intellectiva pro intellectus R<sub>1</sub> finitur pro fruitur R<sub>1</sub>

<sup>5</sup> qua om O cantorum pro cunctorum L

<sup>7</sup> percepta R<sub>1</sub> intelligibiles R<sub>1</sub> R<sub>2</sub> intelligibili O R<sub>1</sub> actu L

<sup>8</sup> materies pro naturas R<sub>1</sub> efficimur R<sub>1</sub>

triae immo verius contradictoriae harmoniarum concordiae se discordantes opponunt, et ideo nec consonantiae neque dissonantiae virtutem tenet.<sup>5</sup> Asperam iniucundissimamque affert auditui sonoritatem, qua ob eius odiosam dissimilitudinem sibi contrariam vehementi augitur passione.<sup>6</sup> Non est ergo haec coniunctio consonantia neque dissonantiae, sed discordii nomen sortiri conceditur, quod sic describi videtur:<sup>7</sup> Diapente cum diptono est septem sonorum seu vocum per spatia quinque plena, integra atque perfecta et per unum non plenum, non integrum et imperfectum spatium invicem iunctorum acceptio.<sup>8</sup> Completa namque est praedicta descriptio quam quinque tonos ac semitonium minus unum continere cognoscimus.<sup>9</sup> Semitonia maiora quinque minora vero sex comprehendit, per tonos tres excedit diatesseron, per duos tritonum cum semitonio, diapente perfectum per diptonum cui connectitur, sed imperfectum per duos tonos et maius semitonium transcendent.<sup>10</sup> Diapente cum tono a diapente cum diptono per solum tonum transcendentur, sed diapente cum semitonio per tonum et semitonium maius exceditur.<sup>11</sup> Sexquioctavas quinque proportiones coniunctio haec complectitur, et eam quae ad minus semitonium spectat, quoniam unusquisque tonus unius sexquioctavae proportionis est contentivus et suam semitonium minus proportionem habet.<sup>12</sup> De eius autem proportione quae consistit super 115 partiente 128, suo in loco ubi de proportionibus sermo fiet plenam dabimus demonstrationem.

<sup>13</sup> In manu Graeca hanc reperimus coniunctionem a parhypate-hypaton ad paramese, a parhypatemeson ad netediezeumenon, Latine a C primo ad b secundum, ab F primo ad E secundum.<sup>14</sup> Aliis etiam in locis in Latina manu reperitur et quot sedes obtineat in superioribus ostensum est.<sup>15</sup> Sequuntur exempla. 30.

#### CAPITULUM XXXIV

##### <sup>1</sup> *De diapente cum semidiphtono*

<sup>2</sup> Duodecima vocum seu sonorum connexio est diapente cum semi-diphtono quod cum suo maiori in sonis seu vocibus septem convenit et intervallis sex, sed ab eo per semitonium maius exceditur, ut praefertur.

<sup>5</sup> (iniucundissimam) que om O angitur pro augitur R<sub>1</sub> R<sub>2</sub>

<sup>6</sup> sonantia pro consonantia R<sub>1</sub> R<sub>2</sub> discordantiae pro discordii O R<sub>4</sub>

<sup>7</sup> atque pro et<sup>1</sup> O

<sup>8</sup> (completa) ne add R<sub>1</sub>

<sup>9</sup> cum pro per<sup>3</sup> O

<sup>10</sup> conceditur pro exceditur R<sub>1</sub> R<sub>2</sub>

<sup>11</sup> complectitur pro amplectitur R<sub>1</sub> R<sub>2</sub>

<sup>1</sup> O 40 R<sub>1</sub> 43 R<sub>2</sub> 23' R<sub>4</sub> 25'

ab eo G per A intenditur introitus ad ipsum C, ut Introitus, Benedicite Dominum, ut hic: 678-680.

<sup>24</sup> Gradualia huius tertii tropi hoc principium in G habent, a quo sine medio ad C ascendunt et descendunt ad G, cum suis sequentibus notis, ut Graduale, Adiutor in opportunitatibus.

<sup>25</sup> Alleluia in hoc locum non habent.

<sup>26</sup> Offertoria in hoc principio fundamentum habent, a quo unico tantum intervallo tum pluribus ad C contingunt, ut Offertoria, Exulta satis filia Syon, Deus [tu] convertens, Sperent. <sup>27</sup> Aliquando a G per b transit ad D, ut Offertorium, Benedictus es Domine.

<sup>28</sup> Communiones etiam eo ascensu ad C secundum attingunt, ut patet Communio, Gustate et videte, Scapulis suis. 681-687.

## CAPITULUM CXV

### <sup>1</sup> De principiis quarti tropi in introitibus

<sup>2</sup> Quartus tropus in introitibus suis tria habet principia, scilicet, D, F, G prima. <sup>3</sup> In D incipit hic tropus, a quo intendit et remittit semidiphthonum cum intermedio tono ad D, ut Introitus, Resurrexi et adhuc tecum sum. <sup>4</sup> Aliquando a D, F, E semitonium cum tono intendit ad G, ut Introitus, Prope [es tu] Domine, Iudica me Deus. <sup>5</sup> Aliquando F tantum attingit, ut Reminiscere miserationum tuarum. <sup>6</sup> Aliquando a D per F transit ad G, ut Introitus, Exaudivit de templo. <sup>7</sup> Aliquando aliter, ut Introitus, Misericordia Domini, ut hic: 688-692.

<sup>8</sup> Gradualia in D primo inchoantia penitus non reperimus.

<sup>9</sup> Alleluia in D primo incipiens in hoc tropo unum habemus, scilicet, Alleluia <sup>¶</sup> Gaudete iusti.

<sup>10</sup> Sed offertoria in C et in D incipientia habemus plurima. <sup>11</sup> In C, a quo post tonum intensum ad D per F, E, F, intenditur ad G, cum suarum vocum remissione, ut Offertorium, Confortamini. <sup>12</sup> Aliquando post

<sup>26</sup> intervallo tantum O

<sup>28</sup> Scapulis suis om R<sub>4</sub>      *In ex I-687: AC B pro CB O      C C B A BA om R<sub>2</sub>*

<sup>1</sup> O 123'      R<sub>1</sub> 135      R<sub>2</sub> 69      R<sub>4</sub> 79'

<sup>3</sup> (remittit) semitonium add O      sum tecum R<sub>1</sub> R<sub>2</sub>

<sup>4</sup> esto *pro* [es tu] O R<sub>1</sub> R<sub>2</sub> R<sub>4</sub>

<sup>7</sup> ut hic om R<sub>1</sub> R<sub>2</sub>      *In ex I-688: FGF om O R<sub>1</sub> R<sub>4</sub>      In ex I-689: G ult om R<sub>2</sub>*

<sup>9</sup> primo om O

<sup>10</sup> in D et in C O

<sup>11</sup> G *pro* E O

<sup>12</sup> vocum suarum O R<sub>4</sub>

formam amittere, et huiusmodi declaratio ad superius opposita argumenta sufficiat, ut intelligenti patet.

<sup>18</sup> Declaramus ergo tritum ex forma propria seu substantiali per b quadrum cantari, sed ex accidentalı ad eius ornatum decorem, delectabiliorem harmoniam atque convenientiorem prolationis modum per B molle quandoque debere modulari.

## CAPITULUM CLXIII

### <sup>1</sup> *De plagali triti autentici*

<sup>2</sup> Plagalis triti quoniam ex eo diapente quo eius est autenticus dicitur esse formatus ideo illius formam praecise noscitur retinere. <sup>3</sup> Proprie igitur per b quadrum cantatur.

<sup>4</sup> Sed quia de sui autentici latere esse habet B molle infra suarum seriem neumarum, ipsamet triti ratione videtur admittere et eo maxime cum in sui ascensus perfectione semitonii spatium a b ad C constat deficere, tunc enim cum ab F ad b neumae saepius, convenient, tritoni duritia interponitur, quam B mollis mollities expellendo destruit. <sup>5</sup> Sic igitur B molle tum per se, tum per accidens, tropum istum ingreditur et cum eo maximam convenientiam habet.

<sup>6</sup> Convenit interdum cum hoc plagali B molle per se interdum per accidens ut in inferioribus tropis et similibus patet, Responsorio, Aspiciebam, in verbo, in visu noctis, et in verbis, omnis populus tribus et linguae, in eius Versus principio, Potestas. <sup>7</sup> Similiter in Antiphona, Ecce venio cito, in verbis, merces mea, in Responsorio, Suscipe verbum virgo Maria, in verbis, angelum transmissum, in Responsorio, Qui venturus est veniet et non tardabit, per totum, et similibus, ut hic: 1001-1007.

<sup>8</sup> Demonstravimus B molle hoc in plagali vim magnam habere et magis quam in ceteris. <sup>9</sup> Huius autem ratio est ut diximus, quia deficiente

<sup>18</sup> vel *pro* seu O    B *pro* b R<sub>2</sub>    delectabilem *pro* delectabiliorem O

1 O 181'    R<sub>1</sub> 195    R<sub>2</sub> 99    R<sub>4</sub> 117    autentici *om* O

5 B *om* R<sub>2</sub>

6 per se *om* O    in<sup>1</sup> *om* R<sub>1</sub> R<sub>2</sub>

7 In ex I-1001: b *om* R<sub>2</sub>    b<sup>2</sup> *om* R<sub>2</sub>    In ex I-1002: Post G ult AB CD C | C C D C add R<sub>4</sub>    In ex I-1003: E<sup>1</sup> *om* R<sub>2</sub>    In ex I-1004: (tardabit) AFG *pro* AGFG O    (nostris) AB A G *om* O    (nostris) BGA B A G *pro* B A G AB A G R<sub>2</sub>  
Ex I-1007: *om* O

8 (Demonstravimus) per add O    in hoc O

9 (afferent) iucunditatem add O